



**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

6. Epiphania Domini. De perfectione, eiusq[ue] gradu triplici.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

MEDITATIO VI.

De Epiphania Domini.

De perfectione, ejusque gradu triplici.

**A**spiciam tres Reges in Regno virtutum singulos ternum munus, Deo que dignum offerentes, quorum munera imaginem perfectionis exprimunt. Petam eos imitari.

*Conf. 1.* Regnum virtutum, seu, vitam spiritualem, prout in *habitu*, esse gratiam, quae gratum facit Deo, cujus in homine sunt duodecim signa: frequentata contritio, voluntas non habendi, dudum non esse lapsu, nunquam scienter deliquisse, nausea sublimitarium, fervens Dei, & inimicorum amor, gaudium in Spiritu Sancto, & pax in virtutum studio, animi tranquilla quies, appetitio mortis, ne amplius peccando displicere Deo possit, vel ut Deo citius fruatur, contentiæ propriae testimonium, testificatio Spiritus S. in nobis, quod simus Filij Dei. Hoc Regnum virtutum, seu vitae spiritualis, prout in *actione* consistit, est bonorum operum exercitatio, quae Deum propter Deum colimus: bona opera sunt actus à virtute profecti, prius praceptoru, deinde consiliorum.

*Conf. 2.* Primum gradum vitae spiritualis incipientium per *myrrham* indicari, & habere requisita quinque. 1. gratia peccata

deserere 2. a levibus quoque peccatis abhor-  
 rere. 3. res externas, ut honores, contemp-  
 re. 4. corpus castigare, & sensus mortifican-  
 5. mortificare proprium iudicium, & intelli-  
 etum. Secundus gradus vitæ spiritualis, per  
 aurum indicatus, est proficientium, & habet  
 quinque requisita. 1. virtutes omnes acqui-  
 rere. 2. bonum exemplum bene agendorum  
 omnibus relinquere. 3. Verbo, & opere red-  
 docere. 4. omnibus per humilitatem se sub-  
 iicere. 5. Patientiam inter detractores, in-  
 fores, servare. Tertius gradus Perfectorum  
 per chrys indicatus, similiter habet quinque  
 requisita. 1. familiariter in oratione cum  
 DEO agere. 2. nec in oratione, nec in labo-  
 ribus consolationem quærere, sed solius DEI  
 beneplacitum. 3. omnia divina obsequi-  
 ingenti fervore perficere, neque à diligentis-  
 simis in suis negotijs superari se sinere. 4. per-  
 fectè in DEI beneplacitum se resignare, & fir-  
 missime cum DEI voluntate concordare. 5.  
 unus spiritus effici cum DEO, cum præsentia  
 habere, & ei intellectu & affectu sine intermis-  
 sione cohærere. Hi sunt 15. gradus ad DEUM  
 Conf. 3. Ex hac ordinatione sui sollicitudine  
 edificatione Proximi sociali, cultu DEI humili-  
 li exoritur Perfectio, quæ est in Charitate DEI  
 facta, ex omnium vitiorum depulsione, omnium  
 virtutum (prout possibile est in hac vita

acquisitione composita, & perfecta, cujus terminus est vita perpetuò duratura. Mediū ex præcipuis Sanctissima Eucharistia, quam optabo sumere, ut Christum D. hodie acciperunt Magi.

MEDITATIO VII.

Dies 2. infra Octavam Epiphaniæ.

*Esse possibilem perfectionem.*

**A**spiciam primitias gentium, ex mente D. Chrylost: Apostolicam, Christi que vitam imitantium. Petam eos assequi.

*Conf. 1.* Vanas cogitationes eorum, qui sibi januam perfectionis clausam putant ob ignorantiam. At non scientia sanctum facit: inflari fortè non poteris, at poteris esse humilis, mansuetus, obediens, observans præceptorum Dei, & consiliorum.

*Conf. 2.* Anne adversa valetudo, capitis, stomachi dolores, corporis que debilitas impediat? at patientia opus habet perfectum, & Apostolus dum infirmatur, fortior est.

*Conf. 3.* Jejunare, vigilare, corpus flagris & cilicijs affligere fors non potero? at patientiam habere potero, indigentiam necessariorum sine murmure ferre, divinæ voluntati me, & mea omnia submittere potero, Deum amare potero.

*Conf. 4.* An negotia, & curæ ab obedientia